



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90118014**

§. 7. Fridericus Imperator coronatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](#)

Sæcul. XII. exsecutus est Rex; quippe eadem nocte  
A.C. 1155. mille equites exploratæ fortitudinis mi-  
 fit, qui, Cardinale Octaviano Duce, Ba-  
 silicam & Leoninum castrum occupa-  
 runt.

## §. VII.

*Fridericus Imperator coronatur.*

**U**bi illuxit, Hadrianus Papa cum Car-  
 dinalibus & Clericis præcessit, Re-  
 c. 22. *Acta.* gem in Basilica S. Petri præstolatus.  
 Secutus est eum Rex ante horam tertiam,  
 armatorum maxima multitudine stip-  
 tus. Ibique depositis vestibus, quas ge-  
 rebat, solemniori se habitu induit, & ad  
 Ecclesiam Beatæ Mariæ in Turri, in qua  
 eum Papa ante Altare expectabat, pro-  
 cessit; cumque, ut in Ordine scriptum  
 erat, juramentum securitatis pro Ponti-  
 fice edidisset, Rege ibi relicto, Papa ad  
 Altare S. Petri ascendit; mox ejus ve-  
 stigia omnibus simul procedentibus se-  
 quente Rege, ubi in Ecclesia fuit, ora-  
 tionem super eundem Regem dixit pri-  
 mus Episcopus Cardinalis, aliis ex E-  
 piscopis dixit alteram, & tertius ante  
 Confessionem S. Petri tertiam, qui ei e-  
 tiam unctionem contulit.

Inchoata est Missa S. Virginis, quia  
 hæc Sabbato agebantur, tumque Gra-  
 duali decantato, Rex coronandus ad Pon-  
 tificem accedens, gladium, sceptrum at-  
 que

que Imperii coronam de ejus manibus Sæcul. XII.  
accepit, tantaque & tam vehemens con- A.C. 1155.  
clamantium Teutonicorum, lætitiam  
profitentium, vox increpuit, ut terrible  
tonitruum de cœlo cecidisse crederetur.  
Ita coronatus est Fridericus I. Impera-  
tor Sabbato decima nona die Junii an-  
no salutis millesimo centesimo quinqua-  
gesimo quinto, Regni sui quarto. Qui-  
bus ante horam nonam in pace peractis,  
Imperator in castra ad urbis mœnia po-  
sita rediit, Papa in Palatio, Basilicæ S.Pe-  
tri juncto, remanente. At Romani, fu-  
rore concitati, quod ipsorum consilio  
præterito Fridericus corona Imperii or-  
natus fuisset, ex Arce S. Angeli, quam  
tenebant, erumpentes, quosdam satelli-  
tes Imperatoris, qui in porticu S. Petri  
moras traxerant, in ipsa Ecclesia truci-  
dant.

Clamore suorum admonitus Impera-  
tor cum copiis advolat, dimicatur ab  
hora quarta vespertina usque ad noctem,  
funduntur Romani, mille viri cæduntur,  
captis ducentis, qui rogante Papa liber-  
tati redditii.

### §. VIII.

*Vicelini obitus. Geroldus Episcopus  
Oldenburgensis.*

In illa profectio[n]e Italica nemo ex Prin-  
cipibus,

Q. 5